



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 100. Responsum ad Patres circa decisionem per Nationes faciendam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

Transmontanas conjungeret ad delibe-  
randum non modo de reliquis argumen-  
tis, sed etiam de emendando conclavi  
circa summorum Pontificum electiones;  
idem quoque Amulius prescribat, ab  
eodem sperari, quod in matrimonium  
Archiduci Ferdinando, secundo Cæsa-  
ris Filio, Scotiæ Regina ejus Neptis  
esset collocanda: postmodum observa-  
bat Amulius, Lotharingum fortasse  
primo loco propositurum sanctissimas di-  
sciplinæ leges, cunctisque Episcopis  
gratas, ut hoc obtenta aucuparetur Præ-  
sulum gratiam, sibi vero majorem au-  
toritatem, viamque postea aperiret no-  
vis molitionibus, per quarum primam,  
ac tanquam reliquarum fontem tenta-  
turus esset, ut quæstiones nationum  
numero, non autem capitum suffragiis  
deciderentur; obtendebant enim hu-  
jus consilii fautores, par non esse, ut  
soli Itali multitudine sua dominarentur  
in Concilio, de quo acriter conquesti  
sunt, perinde ac si Pontifex Concilium  
multis Italicis Patribus eo fine replere  
voluisset, ut dominatum continuaret,  
eosque Gallis proxime adventuris op-  
poneret.

§. C.

*Responsum ad Patres circa decisionem  
per Nationes faciendam.*

E e 5

Ea-



Sæcul. XVI. **E**apropter Seripandus Legatus obper-  
 A.C. 1562. veria hæc consilia de Franciæ Epi-  
 scopis vulgata admodum anxius ad  
 Pallav. c. 13. Amulium absente, ac decumbente Man-  
 num. 2. tuano Cardinale literas dedit, atque  
 ab eodem in responsis hæc accepit;  
 „his de rebus cum summo Pontifice con-  
 „tuli: existimo tamen in Synodi Epi-  
 „scopis tam enormem cæcitatem timen-  
 „dam non esse, ut vellent auctoritati  
 „sux tantum detrimentum inferre, suo-  
 „que suffragio tantum æstimationis sub-  
 „trahere; cum enim Ecclesia per quin-  
 „decim sæcula ita processisset, nec ex  
 „adverso militare debet Synodi Con-  
 „stantiensis exemplum, quoniam nec ibi  
 „omnes pariter articuli nationum nume-  
 „ro stabiliti sunt, sed dantaxat hic suffra-  
 „gandi modus fuit adoptatus, dum a-  
 „gitatum est de novo Pontifice crean-  
 „do, tum enim in tanta trium vete-  
 „rum litigatorum discordia, quorum  
 „neutri deerant addictæ provinciæ, vi-  
 „ginti tribus Cardinalibus additi sunt  
 „triginta Episcopi omnium nationum,  
 „ut singulæ nationes suffragii participes  
 „in ejus electione adstringerentur ad  
 „illius obedientiam, insuper ex ea nova  
 „suffragii ratione haud extricandæ diffi-  
 „cultates orirentur, cum apud homi-  
 „num opiniones ambigua nationum con-  
 „finia permanerent, adeoque si pro ipsa-  
 „rum



„rum numero suffragia numerarentur, Sæcul. XVI.  
 „potius Schisma, quam Synodus pro- A. C. 1562.  
 „moveretur, nec etiam ex doctrina, aut  
 „scientia, sed ex consecratione, & ma-  
 „nuum impositione Episcopi redduntur  
 „in Sacro-sanctis illis cœtibus legitimi  
 „judices: doctrina enim interdum re-  
 „peritur major in laicis, quam in Epi-  
 „scopis: quapropter per summam pro-  
 „videntiam Deus tam incertæ doti, qua-  
 „lis est scientia, certam fidei firmita-  
 „tem minime alligavit: quippe aliquan-  
 „do Episcopi idiotæ, aut rudis suffra-  
 „gio id fuit confectum, quod a com-  
 „pluribus doctissimis confici non po-  
 „tuerat.,

## §. CI.

*Pontifex Lotharingii Cardinalis di-  
 scessum edoctus.*

Interea summus Pontifex, qui Lotha-  
 ringium Cardinalem ad Synodum  
 venturum nunquam credidit, imo si  
 veniret, (\*) valde pertimuerat, haud  
 am-

(\*) Non modo Pontifex, sed omnes Viri  
 probi, quietisque studiosi non tam Lotharin-  
 gii adventum, quam iniqua illius molimina  
 pertimescebant: hinc Pallavicinus l. c. ita ha-  
 bet: *Graves dubitationes de Conciliis Lotha-*  
*ringi, deque perturbationibus, quas ille Catho-*  
*licis*